Omnes [1] magistratus auspicium [2], judiciumque [3] habento: eque his senatus esto: ejus decreta, rata sunto. ast ni potestas par, majorve [4] prohibessit. SC. perscripta servanto. Is ordo vitio [5] vacato: cæteris specimen [6] esto.

*De Suffragiis & creatione magistratuum.*

Creatio magistratuum, judicia, populi justa, vetita, cum suffragio confciscentur [7], optimatibus nota, plebi libera [8] sunto.

*De quæstoribus* [9].

At si quid erit, quod extra magistratus cohærario [10] æsusit, qui cohæret, populus creato, eique jus coërcendi dato.

*De jure Populi & Senatus.*

Cum [11] populo, patribusque agendi jus esto consuli, prætori, magistro populi [12], equitumque, eique, quem produnt, patres consulum rogandorum ergo: tribunisque, quos sibi plebs rogassit, jus esto cum patribus agendi: idem [13], ad plebem, quod census [14] erit, ferunto. Quæ cum populo, quæ cum patribus agentur, ne dica [15] sunto. Senatori, qui nec [16] adierit, aut causa aut culpa esto. Loco [17] senator, & modo [18] orato: causas [19] populi teneto. Vis [20] in populo abesto. Par, majorve potestas plus [21] valeto. Aft qui turbassitur [22] in agendo, fraus auctoris esto. Intercessor rei malæ, salutaris [23] cuive esto. Qui agent, auspicia fervanto; auguri publico parento: promulgata, proposita, in ærario [24] cognita, agunto: nec plus, quam de singulis rebus semel consulunto: rem populum docento, doceri a magistratibus, privatisque patiuntor. Privilegia [25] ne irroganto [26]: de [27] capite civis, nisi per [28] maximum [29] comitiatum, ollosque, quos censores in partibus populi locassiint, ne ferunto: donum [30] ne capiunto, neve danto [31], neve [32] petenda, neve gerenda, neve gesta potestate. Quod quis earum rerum migrassit [33], noxiæ pœna par esto. Censores hide legem custodiunto [34]. Privata [35], ad eos acta referunto: nec eo [36] magis lege liberi sunto.

1 Nisi dimoveret Ciceronis in hunc locum interpretatio, putarem legendum esse *Senatores*, perinde ac si lex hoc velle videretur, Senatores aufpicato eligi, judicandi potestatem penes eos esse, exque his senatum fieri: nec enim ita proprie quis dixerit, Senatum ex prætoribus atque ex senatoribus fieri, & ut paucis dicam, Nemo non videt aci hoc capire de senatu atque senatoribus, non de prætoribus. 2 Non videntur magistratus electi, numine inconsulto. 3 Id est, potestatem judicandi. 4 Conjungenda est hæc sententia superiori capiti, de magistratibus, Ni par magistratus, potestasve, populusve prohibessit. Varro 4. *epist. ad Oppium*, teste Gellio 14. *cap.* 7. Intercedendi ne senatusconsultum fieret, jus fuit iis tolis, qui eadem potestate, qua ii, qui senatusconsultum facere vellent, majorave essent. Hoc ille. Intercedere tamen propium tribunorum fuit. Notandum est, quod superiore loco scribit idem Varro, dictatores, Consules, Prætores, Tribunos plebis, Interregem, Præfectum urbi, & extraordinario jure Tribunos militares, qui pro consulibus fuissent, Decemviros, quibus tum imperium consulare esset, item Triumviros reipublicæ conflituendæ causa creatos, jus consuli fenatum eo ordine habuisse. 5 Hinc illud S. *capite de Censoribus*. Probrum in fenatu ne reliquito. 6 Quales enim summi civitatis viri fuerint, talis civitas erit. Clandianus, *Nec sic inflectere sensus humanos edicta valent, quam vita regentis.* 7 Id est, ferentur. 8 Suffragia ab initio palam & voce ferebantur a populo. Sed quoniam interest populi (propter potentiores) voluntatem in judiciis regere, latæ sunt quatuor leges tabellariæ. Gabinia, qua populo potestas facta est suffragia ferendi per tabellam, quoties agerentur de magistratu alicui demandando. Cassia, quoties agerentur de capite civium, excepto perduellionis crimine. Papiria, quoties de jubendis ac vetandis legibus ageretur. Cœlia, in perduellionis etiam crimine tabellam populo dedit, quod lex Cassia exceperat. His de causis Cicero *in Agraria 2. & lib. 3. de lege*, tabellam appellat vindicem tacitæ libertatis: & in Oratione pro Cornelio, principium inflituit libertatis Cassiam legem appellat. Et tamen noftra lege suffragia populi, optimatibus nota esse jubet. Si nota, non igitur libera? Cicero hanc legem tabellariam ut non omnino probat, ita penitus non improbat. Improbat, quia bonorum interest, ferre, quid quisque sentiat, quam voluntatem tabella occultet: ideoque magis graviora judicia de potentissimis hominibus extare voce, quam tabella: minus multos tabella condemnatos, quam voce. Probat vero, quoties ambitio locum habet, & ea tamen conditione, ut quisque optime & gravissimo civi tabellam offerat. Quod de lege Mariana dicit, qua facit pontes anguibus: Pontium nomine intelligo menfas, quibus suffragiorum cifta imponebantur: quarum mentionem facit autor *ad Herennium*, & Suetonius *in Iulio*. Ut ad libera populi suffragia revertar, C. Cæsar ea sustulit, Augustus restituit, quod din non manfit. Hinc fit ut Mudettinus in *l. 1. ff. de ambitu*, dicat legem de ambitu in urbe fuis ceffaffe temporibus, quia tunc ad principis curam magistratus creatio pertinebat: & Juvenalis *Satyr. 10. Jampridem ex quo suffragia nulli venditmus. 9 l. 2. §. 22. ff. de origine juris: l. 1. ff. de offic. quæstoris.* 10 Ærarii tribuni, ab ære dando dicti: Fest. *in Ærarii.* 11 Vide 14. Gell. 7. 12 Magister populi, dictator ut *supr. cap. de dictatore.* 13 Idem. 14 Censuerint: Ferunto, *Lambinus.* quod œsus erit Lipsius 2. *epistola* 2. œsus, ἀφηλικιῶτο pro usus. sic apud veteres Cerere pro curare, & cerario pro Curatio. 15 Modeste. 16 Multæ dicebantur fenatori, qui cum in fenatum venire deberet, non adeffet, *Varro* apud Gell. 24. *cap.* 7. 17 Id est, togatus, *Cicero.* 18 Id est, ne fit infinitus. Nam brevitas non modo fenatori, sed etiam oratori magna laus est, Cicero *ibi.* Veritatis fermo fimplex. Ammianus 14. & *alii*, Tunc laudanda brevitas, cum nihil detrahit cognitioni justorum. hinc refcriptum est, Brevitate non minui fidem chirographi. *l.* 13. *C. de donationibus.* 19 Senatori neceffarium est, nosse rempublicam: puta, quot habeat militum, quid valeat ærario, quos socios habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisque lit lege, conditione, fudere, tenere, conflictudinem decrevendi, nosse exemplo majorum, *Cic.* 20 Nihil est enim tam exitiosum civitati, nihil tam contrarium juri & legibus, nihil minus civile & humanum, quam compolita & conflituta republica, quidquam agi per vim. 21 Quod pars major civium fecerit, omnes fecisse videntur. 22 Turbatur, turbabitur. Nemo eatenus quærat fcitionis agendo: hinc votum, ne quis turbis coadunatis de fide disputet, ex eo tumultus & perfidiæ occasionem requirens. *l. 4. C. de summa Trinitate.* Puniri etiam lex jubet, qui turbulentis fe adclamationibus populi adcommodant. *l. 28. §. 3. ff. de pœnis:* ut & audores fcitionis & tumultus *l. 38. §. 2. ff. de pœnis.* lex. id innuit, intercelsori deferendum. Impedire enim bonum eum melius, quam concedi malum. *Cicero.* 23 Leges promulgatæ in ærario condebantur. Suston. *in Julio*, ut & Senatusconsulta. 24 Hæc lex non tollit privilegia certis perfonis aut corporibus data, fed negat legem de una tantum perfona concipi posse in omnia tempora. Quintilianus *declamat.* 354. In præsens tempus ferri de singulis leges possunt, ut de Menandro. *l. 1. in fin. ff. de captivis.* & Hoftilio Mancino *l. ult. ff. de legatione.* adde Cuiac. *obs. 8.* 25 Cicero *pro domo.* Vetant XII. Leges privatis hominibus irrogari. Cicero *pro Sextio.* XII. tabulis fanctum, ut neque privilegium irrogari liceret. Idem in Solonis legibus fuisse cautum Æneas Gazæus scribit *in Theophrasto* his verbis: ὁ μὲν τὸ Σόλωνος ἐν τοῖς νόμοις ἐπὶ ἀνδρὶ τιθέναι. ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἐπὶ πάσῃ ἀνθρώπου τιθέσθαι. Idem inftitutum fuit apud Athenienses, ne scilicet lex ulla ferretur, nili in eas Athenienlis convenifset non minus 6000. Demoft. *contra Timocratem.* Huc illud referri potest: Jura non in singulas personas, sed generaliter conflitui. *l. 8. ff. de legibus.* a judicibus generaliter conflituriones observari. *l. ult. C. de ter conflitu. l.* 26 Cicero *pro Sextio*: XII. tabulis fanctum eft, ut non liceret de capite, nisi comitiis centuriatis rogari, & *post* de capite non modo ferri, fed ne judicari quidem posse nisi comitiis centuriatis. 27 Et merito. Nam universi populi gravius est judicium, quam partiti: deferipturque populus certis ordinibus, centuriis, plus adhibet ad suffragium conflili, quam fuit in tribus convocatus. 28 Maximus comitiatus, centuriata comitia. 29 Gellius 20. c. 1. Nisi duram esse legem putas, qua judex, arbiterque jure datus, qui ob rem dicendam, pecuniam neceffe convivas eft, capite puniatur. vid. *l. 6. §. 3. ff. de off. proconf. l. 18. ff. de off. præfid. Novell.* 8. *c.* 1. & 17. *c. l. l. l. 2. C. de pœna jud. l. 7. C. quando provoc. non eft neceff. l. ult. C. ad l. Jul. repetun.* Hinc venales fententiæ ipfo jure nullæ. *l. 1. 7. l. 15. ff. de judiciis.* Plato in *de legibus.* 30 Per se vel, per alios: quod tamen moderatum eft, moderatio plausibilis videtur: ἢτε πάντα, ἢτε πάντως· ἢτε καθ' ἑκάστα πάντα, id eft, A nemine quippe accipere inhumanum: paffim vitiffimum: ab omnibus vero accipere mirabilimum eft. *l. 6. §. 3. ff. de off. proconf.* Altera moderatio fuit, permitti præfidibus accipere eduleum, potulentumque quod intra dies paucos prodigeretur. *l. 18. ff. de off. præfid.* 31 *l. 1. in fin. ff. ad l. Jul. de amb.* 32 Obfervanda funt hæc tria tempora. 33 Id eft, quisquis has leges contempferit, aut neglexerit. 34 Facit *l. 2. §. 13. ff. de origine juris. Novell.* 26. *§.* 1. *Novell.* 133. *c.* 4. *Novell.* 161. Sic apud Græcos fuerunt νομοφύλακες. 35 Privati: fonfus eft, eos qui magiftratu abierint, cogi apud cenfores edere & exprimere quid in magiftratu gefferint. Vide quæ fcripfi ad *Novell. 8. c. 6.* 36 Id eft, nec ante.

# LEGUM XII. TABULARUM FRAGMENTA, AD PANDECTARUM ET CODICIS SERIEM ADCOMMODATA.

## TIT. I.

*De legibus.*

1. Jura non in fingulas personas fed generaliter conflitui *l. 8. de legibus.*

PRivilegia [1] *ne irroganto.* Hæc Cicero 3. *de legibus. Idem pro Sestio.* Cur, cum XII. Tabulis fancitum esset, *ut neque privilegium irrogari* [2] *liceret*, nulla vox est audita Consulum.

2. Priores leges ad posteriores trahi.

Interrex Fabius ajebat in XII. Tabulis legem esse, *ut quodcunque postremum* [3] *populus jussisset id jus vatumque esset.* Hæc Livius 7. & 9. Cicero *pro Balbo*: & 2. *de inventione.* autor *ad Herennium libro* 2. Varro 8. *de lingua.*

## TIT. II.

*De statu hominum.*

1. De partu 10. & 11. mensium.

DEcemviri *in X. mense gigni hominem non in undecimo* [4]. Hæc Gellius 3. *c.* 6.

2. De partu deformi.

Deinde cum esset cito legatus, tanquam ex XII. Tabulis, insignis ad deformitatem [5] puer, brevi tempore nescio quo pacto creatus, multoque tetrior & fœdior natus est. Cicero 3. *de legibus.*

3. De Patrono & Cliente.

De Patrono & Cliente v. infr. titul. De extraord. criminibus, *c.* 2.

## TIT. III.

*De bis qui sunt sui.*

1. Trina venditione liberos emancipari.

IDenim lex [6] XII. Tabularum jubet his verbis: *si pater filium ter* [7] *venundarit* [8], *filius a patre liber* [9] *esto*, hæc Ulpian. 10. §. 1. Hanc legem ita restituit Josephus Scaliger, apud Festum *in addes. Sei pater filiom ter venomduit* [10], *filius a patre liber esto.*

## TIT. IV.

*De rebus.*

GAjus libro sexto ad legem XII. Tabularum. *Rem*, inquit, *de qua controversia est, probibemur* [11] *in sacrum dedicare, alioquin dupli pœnam patimur.* nec immerito, ne liceat eo modo duriorem adversarii conditionem facere. *l. ult. ff. de religiosis.*

1 De hac lege dixi in superiore legum Ciceronianarum tractatu. 2 Id est in privates homines ferri. Nam privilegium omne fecundum Decemvicos iniustum: fecundum Jurisconsultos (verbi gratia fisci, creditorum & id genus) probum ac justum. *§. 2. 26. l. 27. l. 28. ff. de legib.*

3 *Dixi ad Novellam de reflitutionibus & ea que parit XI. menfe.* 5 Locus eft meo judicio valde corruptus: quem ut difficultate nimia, nondum, puto, quisquam reflituit, ita vix aufim attingere. videtur tamen pertinere ad deformes, fi non monftrofos partus, quorum fit mentio in *l.* 10. *l.* 14. *ff. de ftatu hom. l.* 135. *ff. de verb. fign.*

6 Ante legem 12. Tabul. Romulus id conflituerat teste Dionysio. Ravardus putat lege Romuli filios ter venditos, ter manumissos reipsa. Lege 12. Tabularum imaginarias fuisse venditiones seu mancipationes & manumissiones. 7 De trina venditione filiorum dixi ad Ulpianum, *lit.* 10. 8 Venumdabit, nam ut veteres dixere *Addus.* Festus *in Addues.* ita & creduo, venunduo. 9 Id est, ingenuus haud libertinus. fic libertas pro ingenuitate. *l. 21. ff. de ftatu hom. l. 20. ff. de liberali causa.* Paul. §. *fentent. in princ.* 10 Filio ita vendito non comperebat potliminium. Cicer. 1. *de Orat.*

11 Forsitan permifit in eum mortuum inferre his verbis, *nec nan mortuum inferunto*, quibus verbis nec *non* lex magis permittit quam prohibet. dixi ad *l. 237. ff. de verb. fignif.* quæ fumpta est ex Gaji lib. V. ad legem 12. Tabularum. adde Cujacium 10. *observ. 26.*

TIT.



## TIT. V.

*De pactis.*

REm ubi pagunt, orato ni [1] (quidam legunt *oranto*, alii *orationi*: lege *oratione*) pagunt (lege *pagunto*). Autor ad *Heren.* 2. Joseph. Scaliger apud Festum *in plorare* hanc legem ita restituit, *Rem ubei pagunt, oranto: ni pagunt, ante meridiem in foro aut in comitio causam conficiunto* &c. quæ vide in titulo de Judiciis. infr. Cujacius vero *ad l. 6. ff. de pactis* ita restituit, *Ubi pagunto, ita ni pagunt, in comitio &c.*

2. Pacta servanda.

*Cum* [2] *nexum* [3] *faciet, mancipiumque* [4] *uti lingua nuncupassit* [5], *ita* [6] *jus esto* [7]. Festus in *Nuncupata.*

Cum ex XII. Tabulis satis esset cautum præstari *quæ essent lingua nuncupata* [8]: *quæ qui inficiatus esset dupio* [9] *pœnam subiret.* Cicero 3. *Officiorum.*

Ut totum illud *uti lingua nuncupassit*, non in XII. Tabulis, sed in magistri carmine scriptum videretur. Cic. 1. *de oratore.*

3. Pactis ipso jure [10] tolli actionem de membro rupto.

*Si membrum rupit, ni* [11] *cum eo pacit* [12] *talio esto.* Festus in *Talionis.* v. infr. de damno, & titulum de injuriis.

4. De jurejurando.

Nullum vinculum ad adstringendam fidem, jurejurando majores arctius esse voluerunt, id indicant leges in XII. Tabulis. Cic. 3. [13] *Officiorum.*

5. De furto pacisci.

De furto pacisci licet. dixi infr. Tit. de furtis *c.* 5.

6. Qui coronam virtutis ergo propositam pacit [14], ipse pecuniave ejus arguitor. Plin. 21. *c.* 3.

## TIT. VI.

*De receptis arbitris.*

1. De arbitro corrupto, vide titul. proximum de Judiciis.

2. De tribus arbitris familiæ ercifcundæ, v. titul. famil. ercifcund. in fin.

## TIT. VII.

*De judiciis.*

1. De judicio fisti.

SI *in jus vocet, atque* [15] *eat* [16], Cic. 2. *de legibus.* Lege jus est, *ut in jus eas cum voceris.* Autor ad *Herennium.*

2. De reo fugiente.

In duodecim, quod est, *Si calvitur* [17] *pedemque struit* [18], *manum* [19] *endo* [20] *jacito.* Festus *in Struere.*

3. De dilationibus & earum causis.

Lex duodecim [21] tabularum, *Si judex vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico* [22] *impediatur, jubet diem judicii esse diffisum* [23], l. 2. §. 3. ff. fi quis cautionibus.

*Si* [24] *in jus vocat, si morbus* [25], *aviatur* [26] *vitiumve esset, qui in jus vocabit, jumentum dato* [27]: *si nolet, arceram* [28] *ne sternito* 20. Gell. 1. *fi quid horum fuit vitium, judici, arbitrove, reove dies diffisus* (alii male difensus) *esto.* Festus, id est, dilatus *l.* 11. §. 11. ff. *fi quis caution.* Acron *in Horat.*

4. De Antestatione & manus injectione.

De hac lege duodecim tabularum his verbis cautum est, *Si vis*, (quidam legunt, *Si in jus*) *vocationi* (quidam legunt *vocati*, Cujacius 7. *observat.* 16. legit *vocat* Lipsius 4. *Epist.* 27. fua) *testamini igitur* (Cujacius legit, *ni eat, manum* [29] *injicito*) *ea capito* (legendum *encapito*, id est, *incipito* Lipsius *d. loco em capito*) *antestari* [30]. Porphyrio ad illa verba Horatii 1. *serm.* 9. & licet antestari. Fuerit igitur ita lex concepta, *Si in jus vocatus non eat, manum injicito, encapito antestari.* Ræsardus, si vis vocationi fuat, testamini, igitur Em capito antestari. Lipsius 4. *Epist.* 27. pro veteri lectione, si vis vocationi fuat, testamini, igitur. Em capito antestari, ita emendat, si vis vocationi fuat, antestaminor: ni it, aurem capito antestari.

5. De testium citatione & denunciatione.

Vagulatio in lege XII. Tabularum significat quæstionem cum convitio, *Cui testimonium defuerit is tertiis* [31] *diebus ob* (Id est, *ad*) *portum* [32] *obvagulatum* [33] *ito* [34]. Fest. *in vagulatio.*

6. De plus petitionibus.

*Quod alter plus* [35] *lege* [36] *agendo petierit, ejus rei vas bubus.* 33 Vagulario quæstio cum convicio, id est, convocio. Festus in *vagulatio.* Plaut. *in Asinaria.* Nunc antefaris? S. *Tuane ego causa earus ex cuiquam mortali libere aures atteram?* Hæc ille. Ut bine conflet aures non antestari fed teftium fuiffe attectatas. Et lex Bipvaria. Teftis per aurem trahi debet, idque ita fentiunt Acron & Porphyrio ad illum locum Horatii. *Eft in aure ima memoriæ locus, quem tangentes attestantur.* Plin. 11. *c.* 45. Rede nam in antestatione memoriæ causa adhor auriculam imam tangebat antestati, cum verbo *Memento:* Et eft apud Latinos Lapillus in quo caput fculptum & manus aurem attegens cum verbo Græco μνημόνευε. 31 Per tridium teftimonii demuntatio fiebat, ficut & reatus. vid. *l.* 10. *ff. de publ. jud.* 32 Id eft, ad domum, Festus *in Portum. Portum in* 12. *pro domo positum omnes fere consentiunt: Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ab portum obvagulatum ito.* Hæc ille. Plutarchus *in Gracchis*, dixit πρὸς τοὺς ὄμους. 33 Vagulario quæstio cum convicio, id eft, convocio, Festus *in vagulatio.* Plaut. *in Asinal.* nifi reddi mihi vafa jubes, pipulo hic te differam ante ædes. quo loco pipulo differre ante ædes, nihil aliud quam ad portum obvagulatum ire, & convitiari: Pipulumjenim idem quod convitium Varronis & de lingua declinatum a pipatu pullorum. 34 Ut eo pacto teftes non extrahantur de domo fua. Gajus *l. ad leg.* 12. *Tab. in l.* 18. *l.* 20. *ff. de in jus voc.* 35 §. 33. *Inft. de act.* vid. *C. de plus petitionib.* 36 Lege agendo petere, eft certa atque præfcripta formula petere. Cic. 1. *de orat.* Adhuc lege agit, quoties folemniter jus fuum perfequitur. Valer. 7. Prætor lege agit. *Senec.* 3. *controverf.* cum verbis folemnibus fententiam pronunciat. Lidor lege agit, cum fententiam foleuniter exequitur. Liv. Hinc legis actio. *l. 1. ff. de officio juridici. l. 4. ff. de adopt.* 37 Vid. *l. 3. ff. de lege fufia. ea reper.* Paul. *l. sent.* 28. 9. *t.* 38 Dixi de hujus loci reflitutione *supr. tit. de pact.* adde & alios cultos ex *l. 23. ff. ad l. Julium de adult. l. 14. C. de decur.* 39 Id eft, injicito. vid. Fest. *in Endoplorate. & Endoprocinctus.* ex hoc loco ita legendus eft verfus Lucilii apud Non. *c. 1. in Calvitur* 20. fi non it capito eum & fi calvitur, Endo ferto manum. 41 Aliqui *Fest. in Reus* id Numæ tribuit. Et *Italic.* 2. & 10. conflat, decemviros, multa ex legibus Regiis & moribus pop. Rom. in 12. Tab. tranfluiffe hoc cenfente popolo. 42 Quid morbus fonticus effet, dixi ad *l. 4. §. 5. ff. de adilitio edict. l.* 60. *ff. de re judicata. l.* 113. *ff. de verb. fign.* adde Gellium 20. *cap.* 1. 2. *Eclog.* 2. *c.* 113. 43 Num in 2. tabula, fecunda lege, in qua fcriptum eft, Qsid (lege fi quid) horum fuit (lege fuat) unum (Cujacius 3. *obf.* 20. legit vitium) judici, arbitrove reove, dies diffensus, (Scaliger legit diffusus: fed legendum eft ex *dicta lege* diffisus) eso. Festus in voce *Reus. Ravard.* 44 Ut *l. 92. in fin. l.* 162. *l.* 163. *ff. de verb. fign.* hoc innui, folent quo fum fupremum effe juris dicendi tempus. Ita, judex non videtur fe fubtrahere juri dicundo, qui fe recepit hora fuprema. *l. 1. §. 8. ff. quando appellandum.* ut hinc colligas, moris non fuiffe apud veteres nocbu judicare. Senec. 1. *de tranquil.* quibus tamen opponitur *l. 2. §. 31. ff. de orig. jur. Novell.* 82. *c.* 3. hoc refte conflat nocbu poffe tranfigi, *l. 20. C. de transact.* & teftamentum figuari. *l. 22. §. 6. ff. qui teftamenta.* & fuprema hora. *l. 1. §. 8. ff. quando appell. l. 2. in fin. ff. de verb. fignif.* fuerunt apud Romanos 24. *l. 8. ff. de feriis.* horarum fex antemeridianarum fit mentio in *l. 3. ff. de operis horæ* fexte diei in *l. 2. ff. de annuis*, fexte nocbis *l. 5. §. 1. ff. qui teft. l. 1. ff. de manumiss.* fecunde nocbis *l. 29. C. de transact.*

premum a superrimo dictum. Itaque in XII. Tabul. *Solis occasus, dici suprema tempestas esto.* Libri Augurum, pro tempore tempestatem dicunt, id est, supremum augurum tempus.

11. Qui fatisdare cogantur.

Ennius verbum hoc ex XII. Tabulis vestris accepit: in quibus si recte commemini, ita scriptum est. *Assiduo, vindex*[1] *assiduus*[2] *esto: Proletario*[3] *civi, quivis volet vindex esto.* 16. Gell. 10.

12. Judicio sisti.

Indicant XII. Tabulæ, *aut statu*s[4] *dies cum hoste*[5]. Cic. 1. *offic.*

13. De confessis[6] in jure.

v. infr. tit. de heredit. ab intestato §. 27.

14. De tempore judicati faciendi.

v. infr. de hered. ab intest. §. 27.

De servitutibus Titul.

Vide infr. tit. Finium regundorum, ubi de via & hujusmodi servitutibus.

## TIT. VIII.

*Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.*

ANimalium nomine, *quæ natione carent, si qua lasciv*ia *aut pavore aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege* XII. *Tabularum prodita est.* Inst. si quadrupes. *Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur, actio ex lege* XII. *Tabularum descendit, quæ lex voluit aut dari id quod nocuit, id est, animal: aut æstimationem noxiæ offerri.* l. 1. ff. si quadrupes. Ita lex esse potuit, Si equus calcitrosus alium percusserit, aut bos cornu petere solitus cornu petierit &c.

## TIT. IX.

*De damno dato.*

1. De rupto.

RUpitias[7], in XII. Tabulis significat damnum dederis. Festus *in voce rupitias.*

*Sarcito*, in XII. Tabulis Servius suspicans ait significare, damnum solvito, præstato. Festus *in voce Sarcito.*

Ex his duobus fragmentis possis ita legem concipere. *Quod rupitias, sarcito.*

2. De membro rupto.

Talionis mentionem fieri in XII. Tabulis ait Verrius, hoc modo. *Si membrum vapserit*[8]*, ni cum eo pacit, talio esto.* Festus in Talionis. dicam de hac lege ad tit. de Injur. infr.

## TIT. X.

*De noxalibus actionibus.*

CElsus differentiam facit inter legem Aquiliam & legem XII. Tabularum. Nam in lege antiqua (*id est* XII.) *Si servus sciente domino furtum fecit, vel etiam noxam commisit, servi nomine actio est noxalis, nec dominus suo nomine tenetur*[9] l. 2. §. 1. ff. de noxalibus.

Noxales actiones sunt aut legibus aut Edicto Prætoris. Legibus, veluti *furti ex legibus* XII. *Tabularum* §. 4. Inst. de noxalibus actionibus. *Si servus furtum faxit, noxamve nocuit.* l. 2. §. 1. *vers. sed si placeat. ff. de noxal. act.*

## TIT. XI.

*Finium regundorum, & de servitutibus.*

1. De viarum latitudine.

VIe *latitudo ex lege* XII. *Tabularum in porrectum actus pedes habet, in amfractum*[10], id est, ubi flexum *est, bidentium*, Cajus *in* l. 8. *de servitut. rusticorum.* Amfractum est ab origine flexum duplici, dictum ab ambitu & frangendo, ab *eo leges*[11] *jubent in directo pedum octo esse, in amfractu sexdecim*, id est, *in flexu.* Var. 6. *de lingua.*

2. Si aquæductus privato noceat.

*Si per publicum locum aquæductus privato nocebit, erit privato actio ex lege* XII. *Tabularum, uti noxæ domino caveatur.* l. 5. ff. ne quid in loco publico.

3. Si aqua pluvia noceat.

Et sic verba legis XII. Tabularum veteres interpretati sunt, *si aqua pluvia nocet ei.* si nocere poterit *l.* 21. *ff. de statuliber.*

4. De interstitiis.

Gajus *lib.* 4. *ad legem* XII. *Tabul.* Sciendum est, inquit, in actione finium regundorum illud observandum esse, quod ad exemplum quodammodo ejus legis scriptum est, quod Athenis Solonem dicitur tulisse: nam illic ita est. *Ἐὰν τις κτήματος παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὄρυγμα τοῦ ὀχυροῦ μὴ παραβαλόμενος, ἐὰν τετράπουν, πόδας ἀπολείπειν· ἐὰν δὲ ἀνθρώπου, δύο πόδας· ἐὰν δὲ τάφρον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον*[12] *τὸ βάθος ἦ· τοσοῦτον ἀπολείπειν· ἐὰν δὲ ὀρύσσῃ ὀρύγματι· ἰδιώτου δὲ ἢ οἰκίᾳ, ἴσπερ*[13] *πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν, τὰ δὲ ἄλλα ὁπόσα πλησ*[14] *πόδας. Id est*, Si quis fepem ad alienum prædium fixerit, infoderitque: terminum ne excedito. Si maceriam: pedem reliquito. Si vero domum: pedes duos. Si sepulchrum aut scrobem foderit, quantum profunditatis habuerint, tantum spatii relinquito. Si puteum, passus latitudinem. At vero oleam aut ficum, ab alieno ad novem pedes plantato: cæteras arbores ad pedes quinque. Hæc ille.

5. Qui viam debet, eam munitam præstet.

*Si via sit immunita*[15]*, jubet lex qua*[16] *velit, agere jumentum.* Cicero *pro Cæcina.*

6. De legitimo spatio ac festertio pede inter duas insulas relinquendo.

Ambitus proprie dicitur inter vicinorum ædificia, locus duorum pedum & semipedis[17] ad circumeundi[18] facultatem relictus. Festus *in Ambitus.*

7. De crassitudine parietis communis.

*Leges publica*[19] *non patiuntur majores crassitudines quam sesquipedales*[20] *constituti loco communi:* cæteri autem parietes, cum spatia angustiora fierent, eadem crassitudine locantur: lateritii vero (nisi displinthii[21] aut triplinthii fuerint) sesquipedali crassitudine non[22] possunt plusquam unam sustinere contignationem. In ea autem majestate urbis & civium infinita frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare. Ergo cum recipere non posset area plana tantam multitudinem, ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa coegit devenire. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cementitiis altitudines extructæ contignationibus una coaxatis, & cœnaculorum summas utilitates perfecerunt & despectationes. Ergo mœnianis[23] & contignationibus variis alto spatio multiplicatis, populus Romanus egregias habet sine impeditione habitationes. Hæc Vitruv. 2. c. 8.

8. De quinque pedum præscriptione.

Ex hac non rerum sed verborum discordia, controversia nata est de finibus, *in qua quotiam usucapionem* XII. *Tabul. inter quinque*[24] *pedes esse voluerunt*, depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sinamus, nec Mamilia[25] lege singuli, sed ex XII. tres arbitri fines regemus. Hæc Cic. 1. *de legibus.*

9. De tribus arbitris finium regundorum.

Nec Manilia cum singulis lege [alii ita habent, Nec Manilia lege singuli] sed cum his te arbitro [alii rectius legunt, *Sed ex his tres arbitri*: Cujacius[26] vero quam optime, *sed ex duodecim tres arbitri*], si vis, [alii legunt *Finem*, & recte] regemus[27]. Cic. 1. *de legibus.* Pollis ita hanc legem restituere, *Ut si vicini inter se jurgant, finibus regundis tres arbitros dare*nt: *eisque totius rei jus arbitriumque permitterent.*

## TIT. XII.

*Familiæ erciscundæ.*

HÆc *actio proficiscitur ex lege* XII. *Tabularum*[28] 1. ff. familiæ. De religiosis & sumptibus funerum. Titul. (v. supra 66.)

## TIT. XIII.

*De contrahenda emptione & venditione.*

1. De traditione.

VEndit*a res & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, quam*[29] *suis venditori pretium solverit, vel alio modo ei satisfecerit, veluti*[30] *expromissore vel pignore dato*, quod quanquam cavetur lege XII. Tabularum: tamen recte dicitur & jure gentium, id est naturali id effici.

1 Vindex is erat qui vindicabat, quo minus is qui prehensus erat, ab aliquo teneretur, atque ita prenium, nexum, five addictum liberabat. Festus. Sic vindex libertatis. Liv. 2. & 6. alii vindicis vocabulo procuratorem, alii fidejussorem intelligunt.

2 Id est, locupletes dicitur enim ab asse pensio. 16. Gell. 10. *l. 2. §. 2. ff. qui satisdare. l. 1. ff. in jus vocati.* 3 Id est, pauperi. 4 Status dies vocatur, qui judicii causa est constitutus cum peregrino. Festus *in statu.* Plautus *in Curculione: Si statua conditus cum hoste interredit dies, tamen est eundum qui imperant ingratis.* Gell. 16. c. 4. concipiebant jusjurandum ut adessent, his additis exceptionibus. *& post*, nisi ipsius eo die sibi fit jus. *hostive statu*s, *conficturive dies cum hoste.* * Id est, peregrino, Cic. 1. *offic.* hostis apud majores nostros dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Fest. *in statu.* Peregrini ab antiquis hostes appellabantur, quod erant pari jure cum pop. Rom. atque hostire ponebant pro sequare. 6 Vide quæ not. ad *l.* 3. *in fin. C. de rep. vel alibi. hered.*

7 De rupto adde *l.* 27. §. 13. *ff. ad l. Aquil.* 8 Quidam legunt *ruperit.*

9 Hinc constat legem nobilifs fervos dominis fuis obtemperare in delictis *l.* 2. §. 1. *vers. at in l. Aquilia ff. de noxa.*

10 In Amfracto, id est, in flexo. Varro 6. *de lingua.* 11 Hinc constat legibus 12. Tabularum de aqua pluvia arcenda proditam specialem actionem, quæ tamen deleberaret menforis intervenum, quoties ex vivo forte quem fecit aqua pluvia intra limites unius agri adfinis calumnioſe æſtimari cenſebot oportere fines agri fui, nos ex limitibus initio conſtitutis. vide Cujac. 10. *obſ.* 2. *in fin.* 12 Plutarchus *in Solone.*

13 Plutarchus *eisdem.* 14 Plutarch. *ibid.* 2. Harm. 4. Cicer. 2. *de legib.*

15 Eodem ſenſu ripæ dicuntur muniri. *l. un.* §. 6. *ff. ne quid in flum. publ. l. senten.* §. 1. *ff. de ripa munienda*, hoc de munitione obſervandum eſt, eum, qui viam publicam exaraverit, ad munitionem ejus folum compelli. Paul. *l. ſentent.* 14. §. 1. *l. ult. ff. de via publica.* 16 Civiliter tamen; nam quædam in ſermone tacite excipiuntur. *l.* 9. *ff. de ſervitutib.* 17 Hoc caput 12. Tabularum eſſe colligimus ex Metiani libello de adſeſſoribus, inquit, *duos aſſes & ſemis, quaſi ſemis tertius. lex etiam* 12. *Tabularum argumento eſt: in qua duo pedes & ſemis, ſeſtertius pes vocantur.* Hæc ille. Varro 4. *de lingu. ambitus*, inquit, *circumitus: ab eoque* 12. *Tabul. interpret. ambitum, parietis circumitionem dixerunt.* Hæc ille. Et id quidem ſpatium legitimum dicitur, *in l.* 14. *ff. de ſervit. prædiorum ruſticor.* vid. Feſt. & Iſidor. 15. *c. ult.* & quæ dixi ad *l.* 2. §. 2. *C. de adſ. ſervitutis.* 18 His verbis colligimus, Infulas proximis inſulis connexas non fuiſſe, ſed adjacentes. *l.* 15. §. 14. *ff. de damn. infecto.* & tamen nihil vetat inſulæ parietem communem eſſe. *l.* 13. *ff. de ſervitut. prad. urbanor.* vid. Cujac. 1. *obſ.* 34. 19 Forte duodecim tabularum, quod tamen vix certo autim affirmare. 20 Plin. 36. c. 14. de lateritio muro loquens. *Roma*, inquit, *non ſunt talia ædificia: quia ſeſquipedalis paries non plus quam unam contignationem tolerat: cautumque eſt, ne communis craſſior fiat. nec intergerinorum ratio patitur.* Hæc ille. 21 Id eſt, duorum, aut trium ordinum laterum, qui πλίνθοι Græce dicuntur. 22 Plinius *d. loco* 23 Quid mœnianum, vid. *l.* 11. *C. de adſeriis priscorum.* 24 De hac quinque pedum præſcripione dixi ad legem, *Quinque pedum.* 5. *C. fin. regund.* 25 Quidam legunt *Manilia*, utrumque non male. Siculus Flaccus de conditionibus agrorum, Si arbores communes ſint, mediæ utrinque notatæ per totos eſſe debebunt: ſi partium frondes ſpectant, in alterutrius, plagis. Id eſt, latis cicatricibus ſignatæ invenirí debent, ut intelligantur eorum eſſe dominorum, in quas partes integræ erunt, intactæ reſervabuntur. Signantur autem utrinque, id eſt, ex utraque poſſeſſione inter pedes quinos, ut legis Manilie commenorationem habeant. Frontinus *de limitibus agrorum*, de rigore controverſia eſt finitimæ conditionis, quoties inter duos plureſve terminos ordinatos, ſive quæ alia ſigna, ſecundum legem Maniliam intra quinque pedes agitur. Aggerus *de limitibus agrorum*, de fine enim lex Manilia quinque aut ſex pedum latitudinem præſcribit; quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedens occupat, vel circumactus arari, quod ullicubi non poteſt. Iter enim, non qua ad culturas pervenitur, capitur ubi, ſed ad quod in ullo tiennio fuit &c. Hyginus, *de limitibus conſtituti*s. Linearii limites menſuræ tantum diſcriminandæ cauſa ſunt conſtituti: & ſi finitimi interveniunt, latitudinem ſecundum legem Manilium accipiunt. Extat quoque in libro variorum autorum *de limitibus*, fragmentum legis Manilie, Roſcie, Peducæe, Allenæ, (lege Alianæ) Favie (quidam legunt Fabie) quod reſtitutum vide apud Juſtum Lipſium 1. *Elector.* 15. 26 *c. obvia.* c. 21. 27 Ad hos arbitros recurrebatur, quoties inter vicinos jurgium de finibus erat. Cicero *d. de Republica apud Nonium, to jurgium.* Admiror, inquit, nec renuiſſe ſolum, ſed verborum etiam elegantiam: *Si jurgant*, inquit, benevolorum concertatio, non ils inimicorum jurgium dicitur. & in ſequenti: Jurgare igitur lex putat inter ſe vicinos non litigare. Hæc ille.

28 Hujus rei extat veſtigium apud Feſtum, *in Erctum. Erctum*, inquit, *citumve* fit inter conſortes, *ut in libris legum Romanarum legitur.* Erctum a coercendo, unde & erciſcundæ & erciſci. Citum autem eſt vocitum, a ciendo. Hæc ille. Quo loco Joſephus Scaliger monet legendum Citum ſit, qui particula expuncta, ut Erctum citum, ſit hereditas diviſa. & in gloſſis Herctus citus, *διαιρετὸς τῶν ὑπαρχόντων* vocatur, apud Servium: Erctum non citum, hoc eſt patrimonium non diviſum. Erctum ciendum, hereditas dividenda.

29 Vide *l.* 5. §. 18. *in fin. ff. de tributoria actione. l.* 19. *ff. de contrab. empt.* Grex dominium non mutat, niſi ſit os adnumeratum. Var. 2. *de re ruſtica.* 30 *l.* 53. *ff. de contrab. empt.*

§. 41. *Inſtit.*



§. 41. *Inſtit. de rerum diviſ.* Sub vos placo (inquit Feſtus *in Sub vos*) in precibus fere cum dicitur, ſignificat id quod ſupplico, *ut in legibus, Tvanique dato*[1]*, edendoque (lege endo*[2]*) plorato.* Hæc Feſtus.

2. De Nexu.

Dictum eſt de Nexu ſupr. tit. *de pactis.*

3. De emancipatione.

Mancipatio[3], eſt imaginaria quædam venditio, quæ fic agitur, adhibitis non minus quam quinque teſtibus, civibus Romanis puberibus, & præterea alio ejusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens. Is qui mancipium accepit æs tenens, ita dicit, *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe aio, isque mihi emptus eſt hoc ære æneaque libra.* Deinde ære[4] percutit libram, idque æs datur ei a quo mancipium accipitur, quaſi pretii loco. *Quæcunque igitur res mancipi*[5]*, lege* XII. *Tabularum, aliter niſi per hanc ſolemnitatem alienari non poterat*, Boëtius *in Topic. Ciceronis.*

4. De Monopoliis.

Gajus *lib.* 4. *ad legem* XII. *Tabularum.* Sodales ſunt, inquit, qui ſunt ejusdem collegii: Græci ἑταιρείαν vocant. *Hit autem poteſtatem facit lex*[7]: *pactionem quam velint ſibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant.* Sed hæc lex videtur eſſe ex lege Solonis translata. Nam illa ita eſt *ἐὰν δὲ δῆμος* &c. *l. ult. ff. de collegiis.*

5. Rem litigiosam alienari non poſſe.

De ea re dictum eſt ſupr. titulo de rebus.

6. Statuliberos vendi poſſe.

*Statuliberum venundari*[8] *poſſe leges* XII. *Tabularum putaverunt. l.* 25. ff. de ſtatuliberis, *emptori tamen dando pecuniam, ad libertatem perveniet: idque lex* XII. *Tabularum jubet.* Ulpian. 2. §. 4. *in fin.*

## TIT. XIV.

*De pignoribus.*

NAncitor[9] in XII. Tabulis, nactus erit, prædatus erit. Idem in fœdere[10] Latino: *Pecuniam quis*[11]*, nancitor*[12]*, habeto: & ſi quid pignoris nancitur* (legunt alii *nancitor*) *ſibi habeto*[13]. Feſtus in Nancitor.

## TIT. XV.

*De uſteris.*

1. De unciario fœnore.

SAne vetus urbi fœnebre malum, & ſeditionum diſcordiarumque creberrima cauſa, eaque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primo XII.[14] Tabulis ſanctum, *Ne quis unciario*[15] *fœnore amplius exerceret*, cum antea ex libidine locupletum ageretur, dein[16] rogatione tribunicia ad ſemuncias redacta. Poſtremo vetita verſura[17]. Tacitus 6. *Annal. anno urbis* 786.

2. Uſurarii pœna quadruplum.

Majores noſtri ſic habuerunt, & ita in legibus poſuerunt *furem dupli condemnari: fœneratorem quadrupli.* Marcus Cato *initio libri de re ruſtica.*

## TIT. XVI.

*De teſtibus.*

DE intestabili. v. infr. titulo de teſtamentis. ubi de teſtamento per æs & libram.

De falſo teſtimonio. v. infr. Tit. de publicis judiciis. ubi de falſis.

De inteſtatione & manus injectione. v. ſupr. Titul. de judiciis c. 4.

De teſtium citatione & denunciatione. v. ſupr. Tit. de judiciis c. 4. de obvagulatione c. 5.

## TIT. XVII.

*De nuptiis.*

1. Nuptias auſpicato fieri.

APud antiquos non ſolum publice ſed etiam privatim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto: quo *ex more*[18] *nuptiis etiamnum Auſpices*[19] *interponuntur*: qui quamvis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia uſurpantur. Hæc Valerius 2. *c.* 1. *de nupt.*

2. De nuptiis inter patres & plebeios interdictis.

*Ne connubium patribus cum plebe eſſet, non Decemviri tuleruont paucis bis annis peſſimo exemplo publico, cum ſumma injuria plebis?* Hæc Livius 4.

3. De ſocietate bonorum & ſacrorum inter virum & uxorem.

*Γυναῖκα γαμέτην κατὰ νόμους ἱερεῖς*[20] *συναλλᾶσαι ἀνδρὶ κοινωνὸν*[21] *ἁπάντων τινα χρημάτων τε καὶ ἱερῶν.* Hæc Dionyſius Halicarnaſſ. 2.

4. De uſurpata muliere.

*Lege non eſſe uſurpatam*[22] *mulierem, quæ cum Kal. Januariis apud virum cauſa matrimonii eſſe capiſſet, ante diem quartum Kalendas Januarias ſequentes uſurpatum iſſet.* Hæc Gell. 3. *c.* 2. & Macrobius 1. *Saturnal.* 3.

5. De moribus uxoris[23].

*Si mulier aliquid peccaſſet, penam luebat ex leſi* (marit) *arbitrio. Idque maximarum panarum proprium. Cognati cum marito ea de re judices erant.* Graviora illa erant *φόνῳ συμπαρὸς, καὶ εἴτις εἶνον ἐκβεβίηκε μίσθιον γυνή.* Utrumque damnavit Romulus[24], *ὃς ὑπαρχόντων γυναικῶν ἔγκατα*, hæc deſumpta ſunt ex Dionyſio Halicarnaſſ. *lib.* 2.

Gellius 10. *c.* 23. Qui de victu, inquit, atque cultu populi Romani ſcripſerunt, mulieres Romæ atque in Latio abſtemias egiſſe, Hoc eſt, vino ſemper, quod temetum[25] priſca lingua appellabatur, abſtinuiſſe dicunt: inſtitutumque ut cognatis oſculum ferrent, reprehendendi cauſa, ut odor indicium faceret, ſi bibiſſent (idem refert Plinius 14. *c.* 13). Bibere autem ſolitas ferunt, loream, paſſum, murinam, &, quæ id genus optant, dulcia. Sed M. Cato non ſolum exſtimatas, ſed multatas, a judice mulieres refert, non minus *ſi vinum bibiſſent*, quam ſi probrum & adulterium admiſiſſent. Verba M. Catonis adſcripſi ex oratione quæ inſcribitur de dote, in qua id quoque inſcriptum eſt. & poſt, Si quid perverſe tetreque factum eſt a muliere, *ſi vinum bibit*, ſi cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur. Hæc ille. Plinius idem prope refert *d. loco.* Non licebat, inquit, fœminis Romæ *vinum bibere.* Invenimus inter exempla, Egnatii Mecennii uxorem, *quod vinum*[26] *bibiſſet*, e dolio, interfectam fuſte a marito, eumque cædis a Romulo abſolutum. Fabius Pictor in Annalibus ſuis ſcripſit, matronam quod loculos, in quibus erant claves *vinariæ cellæ*, reſignaviſſet, a ſuis inedia mori coactam. & poſt, Cneus Domitius judex pronunciavit mulierem videri *plus viti bibiſſe* quam valetudinis cauſa, viro inſciente, & dote multavit. Hæc Plinius. Valerius 2. *c.* 1. de ipſo vini mulieribus interdicto. Vini uſus, inquit, olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus a Libero patre intemperantiæ gradus ad inconceſſam Venerem eſſe conſuevit. Cæterum, ut non triſtis earum & horrida pudicita, ſed honeſto comitatis genere temperata eſſet, indulgentibus maritis, & abundanti auro, & multa purpura uſæ ſunt: & quo formam concinniorem efficerent, ſumma cum diligentia capillos tinxere. Nulli enim tunc ſubſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur, ſed pariter & videre ſancte, & aſpici mutuo pudore cuſtodiebantur.

6. Si mulier adulterium commiſerit.

v. tit. de adulteriis. infr. eod.

7. Uxor marito ſua heres & quando.

v. tit. de ſuis & legitimis. infr.

8. De donationibus inter vir. & uxorem.

Moribus apud nos receptum eſt, ne inter virum & uxorem donationes valerent. *l.* 1. *ff. de donat. inter vir.*

9. De jurgio & fribuſculo inter virum & uxorem.

Quoties inter virum & uxorem aliquid jurgii[27] interceſſerat, in ſacellum Deæ Viriplacæ, quod eſt in palatio, veniebant[28]. Tum ibi invicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum depoſita, concordes revertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris aſſecuta fertur: veneranda quidem, & neſcio an præcipuis & exquiſitis ſacrificiis colenda: utpote quotidianæ ac domeſticæ pacis cuſtos in pari jugo charitatis. 2. Val. 1. de ſacello Deæ viriplacæ.

10. De repudiis & divortiis.

Suas res ſibi[29] habere juſſit & XII.[30] Tabulis claves[31] ademit[32], exegit[33]. Hæc Cic. 2. *Philipp.*

11. De ſecundis nuptiis.

Quæ uno[34] contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur, 2. Valer. 1.

## TIT. XVIII.

*De Tutoribus & Curatoribus.*

1. De teſtamentaria tutela.

VErbis legis XII. Tabularum his, *ut legaſſit ſuæ rei ita jus eſto*, latiſſima poteſtas tributa videretur: & heredis inſtituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque conſtituendi *l.* 120. *ff. de verborum ſignif.*

1 Id eſt tradito. Tradere eſt traus dare ſeu movere. Accius apud Nonium: *Remis, quæ nixi properitet navem in fugam tr*a*ndunt.* 2 Endoplorare, eſt implorare. Feſtus *in Endoplorato.* Implorare cum fletu rogare, ſupplicare, invocare publicum auxilium. *l. ult. ff. de re quod metus cauſa.* Clamare, Feſtus in Plorare. Lex Servii Tullii hæc eſt. Si parentem puer verberit, aſt olle *plorafſit*, puer divis parentum ſacer eſto. Proclamare. *l.* 4. *in fin. ff. ad l. Cornel. de ſicariis.* 3 Dixi ad Ulpianum 19. §. 3. adde Gajum 1. *Inſtit.* 6. §. 4. 4 Impubes libripens eſſe non poteſt neque antefari, ut Præcianus refert *lib.* 8. 5 Quod & Raudus. Varro 4. *de lingua.* Porta Raudufcula, quod arata fuit. *Rudis* raudus dictum: ex eo in veteribus mancipiis (id eſt mancipationibus) ſcriptum, *Raudiſcula libram ferito.* adde Feſtum *in Rudes.* Raudiſcuſi meminit Cic. 3. *ad Attic.* 8. & 6. *Epiſt. ſen.* 7. *Epiſt.* 2. 6. *Vide* 6. 6 Vide Ulpianum 19.

7 12. Tabularum eſt. Eſt enim hæc lex deſumpta ex 4. Cajiad legem 12. Tabul.

8 Lex 12. Tabularum emptionis verbo omnem alienationem complexa videtur. *l.* 29. *ff. de ſtatuliberis.*

9 De hoc verbo vide quædam *in titulo* 18. §. 4. *J. eod.* 10 Hoc caput non pertinet ad leges 12. Tabul. 11 *Ἀρχαϊκῶς* pro Qui. 12 Id eſt, *nancitur*: *nancitor*, pro *nanciſcitur*, ut *apiſcitur* pro *adipiſcitur.* 13 Hoc innuit, ut quod ante bellum contraxerit Latinus cum Romano, live nuttuum ſit, ſive pignus, ut id valeat.

14 Livius 7: hanc inſtitutionem refert ad M. Duellium: C. Marcio, (inquit) Cn. Manlio Conſ. de unciario fœnore a M. Duellio Tribuno plebis rogatio ferata eſt, & plebs aliquanto eum cupidius ſcivit, acceptique. Sed verſimilius eſt intelligi legem 12. Tabul. pene antiquoram a Duellio in uſum revocatam fuiſſe. 15 Sine unciaria eſt, cum quoquo anno unus in centenos nummos penditur, ſextans, cum bini: quadrans, cum terni: triens, cum quaterni: quincunx, cum quini: ſemis, cum ſemi: ſeptunx, cum ſeptemi: bes, cum octoni: dodrans, cum noni: dextans, cum deni: deunx, cum undeni: as, cum duodeni. 16 Id eſt, decem annis poſt Duellii rogationem, de quo ſupr. hic dictum eſt. Livius T. Manlio Torquato, C. Plautio Conſ. ſemunciarium tantum, ex unciario, fœnus factum. 17 Id eſt, ſublatum omne fœnus. vide Appianum 1. *civilium.*

18 Hoc caput ex moribus populi Romani petitum, vel, ut *l. eod.* dicitur, veteris confœderatis Romanorum fuit. 19 Cic. 1. *de divinat.* Nihil fere quondam majoris rei, niſi auſpicato, ne privatim quidem gerebatur. Quod etiam nunc Nuptiarum *auſpices declarant*, qui re omiſſa nomen tantum tenent. In ſacellum exiſſe ominis ca-

piendi cauſa conſtat ex eodem Cicer. *ibid.* Idem *in Cluentio.* Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis auſpicibus, funeſtis ominibus. Virgilius 1. Æneid. *Cui pater intactam dederat primusque jugarat Ominibus.* Juven. Satyr. 10. *ſecutet cum ſignatoribus auſpex.* Catullus: *hoc cum Iunia Nubet adite virgo.* Plaut. in Prologo Caſinæ: *ibi nuptum, non manebit auſpicesi.* 20 Conventionem in manum intelligit, de qua alias dixi ad Ulpian. 9. adde *l.* 66. §. 1. *ff. de don. int. vir. & uxor.* 21 Dixi ad *l.* 1. *ff. de ritu nuptiarum.* adde 4. Harmenop. 3. *in pr.* 22 De uſurpata muliere, vid. *lit.* 23. §. 6. *J. eod.* 23 Vid. *titulum C. de repudiis & judicio de moribus ſublato.* 24 Lex eſt Romuli, quam tamen verſimile eſt reſtam fuiſſe in 12. tabulas, quippe qui nuſquam nobis facit Gell. ut dicam inferius. 25 Temetum vinum: unde temulentia. vid. Feſtum *in Temetum.* 26 Adde quæ ſcripſi ad Novell. 22. *c.* 16. 27 Vid. *l.* 32. §. 12. *ff. de donat. int. vir. & uxor.* 28 Ad mores populi Romani hoc referri oportet. 29 Cajus *l.* 2. §. 1. §. 2. *ff. de divortiis.* In repudiis, inquit, id eſt renunciatione, comprobata ſunt hæc verba: *Tuas res tibi habeto.* Item hæc, *tuas res tibi agito.* In ſponſalibus vero diſcutiendis hæc verba probata ſunt: *Conditione tua non utor.* 30 Cajus *lib.* 3. ad leg. 12. Tabular. Si ex lege repudium miſſum non fit &c. *l.* 43. *ff. ad l. Iuliam de adulteriis.* 31 Dixi hæc de re ad *l.* 2. §. 1. *ff. de divort.* 32 Illud obſervandum, Repudium inter uxorem & virum a condita urbe usque ad 520. (vel ut apud Gellium eſt 523. *lib.* 3. 4. c. 3. Tertullianus *libro de Monogamia*: & in *Apologetico*, poſt 600. urbis (conditæ) nullum accidiſſe primumque Spurium Carbilium uxorem ſterilitatis cauſa (id enim olim licuit. *l.* 60. *in fin. ff. de donat. int. vir. & uxor.*) repudiaſſe. 2. Valer. 1. *de primo regnante.* Ad id autem movebatur, quod juraverat apud Cenſores, uxorem ſe liberorum quærendorum cauſa habere. Gell. 17. *cap. ult.* Jurijurandi religionem animo atque amori in ea præverterat. Gell. 4. c. 3. 33 Huc illud Catonis pertinet, Vir, inquit, cum divertium facit, mulieri Judex & pro Cenſore eſt, imperium quod videtur habet. 10. Gell. 23. 34 Univiræ apud Gentiles admodum commendatæ: hinc, Portenæ mulierbi coronam non impenebant niſi univiræ, ſicuti nec matri Matutæ. Tertullianus *de Monogamia.* Et alia facra coronabat univira, alia multivira. *Arnob.* 7. Mirum certe illud Athanagoræ in *Apol.* ἓνα γάμον ἄγνευσε γάμος· πολυγαμίᾳ δὲ μοιχεία. & illud Tertulliani *libro de Monogamia.* Unum matrimonium novimus, ſicut unum Deum, qua de re & alias dixi.

Teſtamento